

nos, tres quoque medios cadere inter ipsos. Hæc Euclides 9. & 10 p. 8.

6 In progressionē geometrica duplex itē est inventio, quemadmodum antea in arithmetica fuit, prima est optati termini in submultiplici ab unitate.

6 Si termini progressionis arithmeticae ab 1. per differentiā 1. terminis geometricae progressionis post unitatē supernotētur: factus a duob. geometricis erit progressionis suae terminus uno loco remotior, quam ostendit totus arithmeti-  
corum factoribus respondentium. Ut esto progressio subdupla aliquot terminorum puta sex 1. 2. 4. 8. 16. 32, & queratur quotus deinceps sit futurus 128. factus a quarto 8. per quintum 16? Hic termini arithmeticae progressionis ab 1. per differentiam 1. supernotētur terminis multitudinis geometricae, ut quo quisq. loco sit demonstrant hoc modo:

I. II. III. IIII. V.

1. 2. 4. 8. 16. 32.

Vides duobus datis 8. & 16 respondentibus indices 3 & 4 facere 7. Dices igitur 128 factum a multitudinis termino tertio per quartum esse multitudinis terminorum septimum, univēsa verō progressionis uno loco remotiorem, hoc est, octavum. Atq. ita datis factoribus & indicibus, queritur & invenitur per multiplicationem geometricorū terminus certus remotior, perq. indicum arithmeti-  
corum additionem eius loci monstratur index.

Eadē ratio est in fractorū progressionē, ut in hoc exemplo:

I. II. III. IIII. V.  
1.  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{4}$ .  $\frac{1}{8}$ .  $\frac{1}{16}$ .  $\frac{1}{32}$ .